

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Philippus Melanchthon brettanus sueuus, Ioanni Reuchlin cognato suo salutem

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPISTOLLVS T. VIRO RVM AD

Philippus Melanchthon Brettanus Sueuus, Ioanni  
Reuchlin Cognato suo Salutem.

**S**ERIVS q̄ uolebam ad te scribo, expectandæ enim erant sac-  
cinæ Bibliopolarum nostrorum, si quos hi forte libellos Asta-  
rothæ adferret, aut alia quorum nostra in re quis usus esset. Ni-  
hil afferunt, id ut egerrime patiar, qui cœpi argumentum quod  
sum pollicitus ludere ἐλεγμικὸν κατὰ τῶν ἀσκησιῶν. Fortasse  
coniicis, de amore, studio ac pietate in te mea. Non deseram, ne  
dubita, signa nostra, μὴ ποτε ῥιψάσῃς ἐσόμνος. Excuditur Pesca-  
tor Bilibaldi cum Nazareni libellis, mittā cum ad te. πρὸ ἀφρασι  
Erasmus in epistolam Pauli edidit, quā si uis mittam quoq; ὡς εἶ  
exclames ὦ βρονταί. Habes rursus Simplicium tuum & Ammoni-  
um ac Philoponum. Gratia tibi qui nostro tantisper usui tam bo-  
nos libros indulseris. Quæso te, si qua habes Alberthi, quorum nul-  
lus est usus tibi, mitte ad me. Plutarchi ἑπεὶ ἀκούειν à me uersū  
cui uis dicabo. Franciscus sese tibi nosser nexum scribit, & uindica-  
ri uult, non ceu in gregem tuum immissus aries, ut Iuricon. inq̄  
sed ceu arbuscula quæ in agrum aliquando tuum radices egit. Va-  
le, & Philippum ne desere. Tubingæ.

Martinus Luther Augustinensis, Ioanni  
Reuchlin Phorcensi.

**D**OMINVS tecum uir fortissime. Gratulor misericordie  
dei quæ in te est, uir & eruditissime & humanissime, qua tā-  
dem præualuisti obstruere os loquentium iniqua. Fuiſti tu  
sanè organum consilii diuini, sicut tibi ipsi incognitum, ita oibus  
puræ Theologiæ studiosis expectatissimum, à deo longe alia fie-  
bant à Deo, & alia uidebatur geri per uos. Eram ego unus eorum  
qui tecum esse cupiebant, sed nulla dabatur occasio. Eram tamē  
oratione & uoto tibi semper præsentissimus. Sed quod tunc nega-  
tum est socio, nūc cumulatissime tributum est successori. Inuadūt  
dentes istius Behemoth me, si quo modo sartire queant ignomi-  
niam quam retulerunt ex te. Occurro & ego ipsis longe quidem  
minoribus ingenii & eruditionis uiribus q̄ tu occurristi & prostra-  
uisti, sed non minore animi fiducia. Congredi mihi detrectant, re-  
spondere recusant, sed mera ui & uiolentia in me uiam affectant